



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 8. Literæ encyclicæ Patrum pro continuatione Concilii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. mam, securitatem sollicite curandam adhortaretur. In hoc Bituricensi conventu designabatur Amadæus Lugdunensis Archiepiscopus, postea Cardinalis, qui nomine Regis, atque Cleri sua Pontifici obsequia deferret. Supplicarunt etiam Regi, ut ad Synodum suos legatos mitteret, necnon Regni sui Prælatis illud accedendi libertatem concederet; Annuit Rex, eisdemque pro necessariis expensis quarta decimarum pars assignata fuit.

## §. VIII.

*Literæ encyclicaæ Patrum pro continuatione Concilii.*

**N**e igitur rumoribus, quibus Synodum a Papa proxime dissolvendam evul gabatur, reliqui Prælati absterriti, Basileam se conferre negligerent, Concilii Patres die vigesima prima Januarii hujus anni ad universos Christi fideles encyclicas dederunt literas, quibus eos certiores fecerunt, se unanimi suffragio decrevisse, atque ordinasse, inchoatum semel, rite ac legitime convocatum Concilium se prosecuturos, nec ullo pacto Basilea discessuros, donec penitus absolutum fuisset; singulos adhortati, ut in hoc proposito eos adjuvarent, Prælatis quidem sub poenis in jure statutis injunxerunt, ut ad

Synodum

Synodum venire festinarent; Reges autem Sæcul. XV.  
 & Principes datis literis pariter ro- A.C. 1432.  
 garunt, ut Concilio faverent, & suos Prä-  
 latos mitterent. Literarum, quas ad Po- Concil.to.12.  
 loniæ Regem scripsierunt, exemplar ex p. 832.  
 stat in Appendice Actorum Concilii.  
 Quibus ita dispositis, secundam sessio-  
 nem celebrarunt.

### §. IX.

#### *Secunda Concilii Basileensis Sessio.*

Die decima quinta Februarii Anno sa-  
 lutis millesimo quadringentesimo  
 trigesimo secundo altera habita est Basi-  
 leensis Synodi Sessio, in qua præprimis  
 condebatur decretum, vi cuius Synodi  
 auctoritas firmaretur, & Eugenius illam  
 vel dissolvere, vel transferre prohibere-  
 tur. Hanc ob causam duo illa IV. & V.  
 Sessionis Concilii Constantiensis Decreta  
 confirmata fuere. Ante omnia declara-  
 runt Patres, quod ipsa *Synodus in Spiritu Læb. Conc.*  
*Sancto congregata generale Concilium re-* to.12. p.477.  
*præsentans, potestatem immediate a Christo*  
*habeat, cui quilibet cujuscunque status, vel*  
*dignitatis, etiamsi Papalis existat, obedire*  
*tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, &*  
*extirpationem diaboli schismatis, & ad gene-*  
*ralem reformationem Ecclesie Dei in capi-*  
*te & in membris. In secundo vero decla-*  
*ravit Synodus, quod quicunque cujuscunque*  
*Histor. Eccles. Tom. XXVII. B statut*